



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Stephani Balvzii Miscellaneorvm Liber ... Hoc est,
Collectio Vetervm monumentorum, quæ hactenus
latuerant in varijs codicibus ac bibliothecis**

Baluze, Etienne

Parisiis, 1678

Chronicon Augiensis monasterij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14688

CHRONICON AVGIENSE.

DCCIX. Hiems durus. Et Gotfredus Dux moritur.

DCCX. Pippinus Alamanniam ingreditur.

DCCXXV. Sarraceni primitus ingrediuntur.

DCCXXX. Lantfrid moritur.

DCCXXXI. Obitus Bedæ Presbyteri.

DCCXXXIV. Karolus Fresiam vastat.

DCCXXXV. Karolus Vvasconiam invasit.

DCCXL. Karolus moritur.

DCCXLV. Karlmannus Alamanniam ingreditur.

DCCXLVII. Karlmannus Romam pergit.

DCCLI. Lantfrid moritur.

DCCLII. Pippinus in Regem elevatur.

DCCLIII. Stephanus Papa in Franciam venit.

DCCLIV. Sanctus Bonifacius martyrizatur. Et Pippinus Italiam intravit.

DCCLVIII. Pippinus Rex in Saxoniam ingreditur.

DCCLIX. Pippinus in Vvasconia.

DCCLXVIII. Pippinus Rex obijt.

DCCLXX. Karlmannus Rex obijt.

DCCLXXI. Karolus Rex in Saxoniam.

DCCLXXIII. Capta est Italia à Francis, & Karolus Romam pervenit.

DCCLXXVII. Karolus Ispaniam ingreditur.

DCCLXXIX. Item Karolus in Saxonia. Et fames magna mortalitásque in Francia.

DCCLXXX. Saxoniam capta est.

DCCLXXXI. Item Karolus Romam venit. Et Pippinus baptizabatur.

DCCLXXXII. Hiltigart Regina obijt.

DCCLXXXV.

DCCXXXV. Karolus Romam perrexit. Cruces
investibus apparuerunt.

DCCXXXVI. Karolus per Alamanniam per-
venit ad fines Bajariæ.

DCCXXXVII. Tassilo Dux.....

DCCXC. Karolus Rex Hunorum regnum va-
stat.

DCCXCIX. Gerolt occiditur.

DCCCIX. Egino constituitur ix. Kal. Septem-
bris.

DCCCXI. Vverdo III. Kal. Aprilis.

DCCCXII. Vviltō IV. Kal. Aprilis.

DCCCXIV. Annus I. Hludouici Imperatoris.

DCCCXVI. Berenhartus Rex.

DCCCXXIII. Visio Vvettini.

DCCCXXIX. Pretiosa corpora sancti Valentini
& sancti Senesij in Augiam insulam venerunt. v.
Idus Aprilis.

DCCCXXXVI. Hatto Episcopus obijt.

DCCCXXXVIII. Puato Diaconus palatij lapsus
est in Iudaismo.

Erlbadus cessit, & Vvalastrid constitutus est.

DCCCXL. Eclipse solis III. Non. Mai , inter
viii. & nonam horam, in vigilia Ascensionis Do-
mini.

Hludouicus obijt.

DCCCXLII. Divisio regni.

DCCCXLIII. Judith obijt.

DCCCXLVI. Hildigarht obijt.

DCCCXLVII. Folcuvinus Abbas obijt, & Vval-
darius successit.

DCCCI. Meginratius heremita martyrizatus est.

DCCCLXIV. Vvaldheri Abbas desijt. Hecco suc-
cessit.

DCCCLXVII. Vila est corneta manifestissimē.

DCCCLXIX. Ictus fulminis Kal. Iulij inter x. &
xi. horam diei.

D C C L X X I I . Heco Abbas obijt , & Ruadbo
succedit.

D C C L X X I I I . Ictus fulminis Vvormatiam
combussit.

D C C L X X V . Ludouicus Cæsar Italiæ obijt , &
Karolus Rex Galliæ Romam pervenit.

Ludouicus filius Ludouici Imperatoris obijt.
Et bellum inter Ludouicum & Karolum Imperato-
rem.

D C C L X X V I I I . Eclipsis solis i v . Kal . Novembris.

Karolus filius Ludouici Régis Francorum & fra-
ter Carolomanni & Ludouici Italiam primum in-
travit.

D C C L X X X . Karolomannus Rex Bauvarie obijt.

D C C L X X X I . Karolus Romæ Cæsar efficitur.

D C C L X X X V I I . Karolus Imperator regno pri-
vatur. Et Arnulfus filius Karolomanni in Regem
elevatur.

Karolus Imperator obijt.

D C C X C I . Sunderolt Archiepiscopis à Nord-
mannis occiditur.

D C C X C V I . Arnulfus Romæ Cæsar efficitur.
Et in Augia , miseria famis & mortalitatis , Chri-
stiani homines alterius carnem comedere iunt.

D C C X C V I I . II . Idus Iunij ictus fulminis ante
auroram.

D C C X C I X . Zuntibold Rex filius Arnolfi occi-
ditur.

Vngari Italiam ingressi multa fecerunt. Et Arnol-
fus Imperator moritur. Et Ludouicus filius ejus in
Regem elevatur.

D C C C V . Bellum inter Chuonradum & Adal-
bertum Francos , in quo cecidit Chuonradus.

D C C C V I I . Bajoarij & ab Vngaribus interficiuntur.

D C C C V I I I . Vngares Saxoniam & Turingiam
vastant.

DCCCCIX. Vngares Alemanniam ingressi sunt.
DCCCCX. Franci ab Vngarib[us] aut occisi aut fugati sunt.

DCCCCXI. Chuonradus in Regem elevatur.
DCCCCXIII. Hug abbatiam successit. Vngari partes Alemanniae vastaverunt, & juxta In fluvium a Bauvarijs & Alemannis succensis sunt. Hiems magna nimis.

DCCCCXV. Vngari totam Alemanniam igne & gladio vastaverunt.

DCCCCXVII. Vngari per Alemanniam in Alsatiā & usque ad fines Lotharij regni venerunt.

Erchanger & Peratolht decollati sunt. Et Chuonradus Rex obijt.

DCCCCXXI. Preciosissimus thesaurus sanguinis Domini in * Attigiam venit v. i. Idus Novembris.

DCCCCXXVI. Vngari totam Franciam, Alsatiā, Galliam, atque Alemanniam igne & gladio vastaverunt. Et Burghardus Dux occiditur. Vngari per orientales Francos & Alemanniam multis civitatis igne & gladio consumptis, juxta Vvormatiā Rheno transito, usque ad mare oceanum regnum Galliae devastaverunt, & per Italianam redierunt.

DCCCCXXVII. Hiems magna nimis.

DCCCCXXXI. Heinricus Rex Reges Abodrito-
rum & Nordmannorum efficit Christianos, & profectus est in Galliam.

DCCCCXXXIV. Vngari ab exercitu Regis Heinri-
ci occisi sunt, & multi comprehensi sunt.

DCCCCXXXVI. Heinricus Rex obijt, & Otto filius eius in regnum constituitur.

Fridericus Archiepiscopus ordinatus.

DCCCCXXXVI. Monasterium sancti Bonifa-
cii & sancti Galli igne consumuntur.

Ruodolfus Rex & Arnulfus Dux obierunt.

D C C C C X X V I I I . Otto Rex in Bauvarios ibat; illisque resistentibus, rediit. Frater ejus Heinricus comprehensus est ab Eberhardo. Illo vero liberato, Eberhardum in exilium misit; ac iterum Bauvarios invasit cum exercitu, omnesque sibi subdidit; nisi tantum unum Arnolfi filium. Interim magna pars Vngarorum à Saxonibus occisa est.

D C C C C X X I X . Otto Rex ibat in Lothingos usque ad Caprimontem. Interea Ludouicus Rex Galliarum invasit Alsatiam. Tunc Rex Otto revertens venit ad Prisacam, & obsedit eam; & Ludouicus discessit. Interim vero Eberhart Dux occisus est; & Gisibertus Dux in Rheno submersus mortuus est. Postea Rex ibat cum exercitu in Lothingos, & omnes suo subjugavit imperio, præter Metensem Episcopum. Necnon & frater ejus Heinricus propter armis venit ad eum.

D C C C L I I I . Mogoncia civitas ab Ottone Rege obessa est.

D C C C L I V . Per loca Germaniae Galliarumque plurima terræ motus magnus factus est.

Quæ sequuntur, addita sunt à VVillielmo Archiepiscopo Moguntino, & à Trithemio descripta sunt in chronicis Hirsaugensi.

Anno dominicæ incarnationis D C C C L I V . Indictione xii. beatæ memorie Domini Frithuricu sanccta Mogontiacensis Ecclesiæ Archiepiscopus v i i i . Kal. Novembris obiit. Eodem vero anno ego Vwillielmus, tantæ successionis indignus, loco ejus, cum consensu cleri & populi ejusdem sanctæ sedis, x v i . Kal. Ianuarij (ipsoque die pace inter Regem Ottонem & filium ejus Luidolfum facta in loco Atranstedt) sum electus, & in ix. Kal. Ianuarij Moguntiæ ordinatus.